

spem amplam ostendit: vt, cùm nō materiae remediorum affectus morbosí, sed his omnigena materiae varietas accommodari viceuersa oporteat, hæc ipsa, quæcunq; demū sint, legitima præparationis forma, de qua iam dicemus, prædita, pro artificis rationalis vten-tis scopo, sine mora in vsum vocari queant.



## C A P V T V I.

*De Forma Chymiae.*

**F**orma in materiam iam di-  
ctam introducenda, Præpara-  
tio est, quam Hippocrates <sup>ερ</sup>  
<sup>γασίλω</sup> nuncupat: tanti mehercle usus, vt  
sine ea medicandi ratio, periculi, terro-  
risq; plena, cuiuis pio prudenti q; medi-  
co suspecta esse possit. Quid' ni enim, si  
alimenta per os sumpta, coqui & elixari  
postulat, ne fruct<sup>o</sup> crudos, cruda vt ipsa  
sunt, corpori ingenerent: etiā medica-  
mēta, calori innato, humidoq; naturali

*2. de Dieta.*

E 4 ex